

45.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA  
DE  
**MILITVM VALETVDINE**  
**AB AERIS INVRIIS**  
**DEFENDENDA**

QVAM  
DIVINI NVMINIS AVSPICIIS  
ET  
CONSENSV GRATIOSI ORDINIS MEDICORVM  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE  
VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO  
**D. ANDREA ELIA BÜCHNERO**

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,  
POTENTISSIMI PRVSSIAE REGIS A CONSILIIS INTIMIS,  
MEDICINA ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESSORE PVBL. ORDINARIO,  
FACVLT. MED. SENIORE ET REGIOR. ALVMN. EPHORO,  
IMPERIALIS ACAD. NAT. CVRVIOS. PRAESIDE ET COMITE PALAT. CAESAREO,  
REGIARVM SOCIETATVM SCIENTIARVM, ANGLICANAE, BEROLINENS.  
ET MONSPELIENS. SODALI,

**PROGRADV DOCTORIS**  
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS RITE CONSEQUENDIS

D. X. OCTOBR. A. R. S. CLO 15CC LXVI.

PVBLICE DÉFENDET

A V C T O R

**PROCOPIVS KOLLOSSOWSKYI**  
KIOVIA - RVSSVS.

HALAE MAGDEBURG. TYPIS IO. CHRIST. HENDELII VIDVAE.

45  
DISSEMINATIO INAGARIAE IMPERIALE  
MULTUM VALETUDINE  
VB AERIS JUNIARIS  
DE PERTINENCE DEDICATA

CONSENSUA GRATIOLI ORDINIS MERICORVM  
IN AMERICA TRINITATIS

TRABESIT QVOD PRAECEPS  
UBO MELIORIS EQUITATE TERRA  
MELIORIS TERRAE

D. ANDREA FILII SCHINERO  
POTENTISSIMA TRIBUNA REX CIVITATIS INUITUS  
MELIORIS TERRAE  
TACET QD. QD. QD. QD. QD.  
IMPENSIS VACUOS HABENS VACUOS VACUOS  
REX CIVITATIS INUITUS

PROGERIADA DOCTORIS  
SALVATORIS IN ZEPHIRIO HONORABILIS HABENTIS  
BODIUS VENUS IN QD. QD.

PROGOTHIAS KOTLOSSAWSKI  
TIBALIA VYK  
TIBALIA VYK  
TIBALIA VYK  
TIBALIA VYK

CELSISSIMO ET ILLVSTRISSIMO  
COMITI AC DOMINO  
DOMINO  
PETRO ALEXANDROVICIS  
RUMIANTZOW,  
RVSSIACI IMPERII COMITI  
AVGVSTISSIMAE RVSSORVM IMPERATRICIS  
PARVAE RVSSIAE GUBERNATORI,  
SVPREMO CASTRORVM PRAEFECTO  
ET  
VTRIVSQVE RVSSIACI ORDINIS,  
SANCTI APOSTOLI ANDREAE PRIMO VOCATI  
ET ALEXANDRI NEVENSIS  
EQVITI,  
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

CELSISSIME AC ILLVSTRISSIME COMES  
DOMINE CLEMENTISSIME.

*Diu quidem multumque mecum vol*

*ac reuolvi, num has studiorum me*

*rum primitias TIBI, COME*



*Diu quidem multumque mecum volvi  
ac reuolvi, num has studiorum meo-  
rum primitias TIBI, COMES  
ILLVSTRISSIME, offerre liceret.*

*Equidem non dubito fore plurimos, qui me nimia  
plane audacia sint accusaturi, propterea, quod la-  
bor ille meus splendori TVO impar sit, ingenii-  
que*

que vires laudes TVAS, ut decet, celebrare non  
sufficiant; easdem enim enarrare, haud mediocris  
ingenii; altius vero repetere & felicius posteritati  
commendare, non vnius hominis. Cum vero TVAM  
in animum reuocarem clementiam, longe lateque ce-  
lebratam, erga omnes qui se se optimarum artium  
culturae tradunt, & ad TE, bonarum litterarum  
Statorem atque Promotorem, tamquam ad sacram  
anchoram confugiant: tantum abest, ut porro  
haesitauerim, ut potius, animo erectus, confidenter  
decreuerim illas TIBI consecrare. Accipe igitur  
serena fronte, COMES CLEMENTISSIME, munus-  
culum hoc chartaceum, leuemque hanc opellam, tam-  
quam grati animi pignus deuotissimum. Quodsi  
quid, ILLVSTRISSIME DOMINE, in hoc Speci-  
mine academico dignitatem TVAM & honorem,  
supra laudes positum, offendere: videatur, tegmen  
clementiae TVAE quaerit anxie, voto precibusque  
ardentissimis adiectis, ut Deus immortalis TE,

COMES CLEMENTISSIME, qui omnium plane virtutum exemplum exhibes spectatissimum, omnibus, quae TE beatissimum reddunt, bonis cumulet, cumulatum ornet, ornatum ad seros usque annos conservet, nec non splendidissimam TVAM stirpem in dies magis magisque florere iubeat, ne unquam ex illa deficiant, qui antiquissimas TVAE Familiae sedes occupare possint. Sic precatur atque fouet.

ILLVSTRISSIMI NOMINIS TVI

deuotissimus seruus

PROKOPIVS KOLLOSSOWSKYI.

COMES



S. I.

*Introductio.*



Haud exiguum, me iudice, reprehensionem merentur ii, qui castrensum Medicorum officium ad sola referunt alimenta, de aëris qualitatibus minus solliciti. Sed hi erunt fere omnes, qui Empiricorum laqueis capti, ob neglectam observationem legum naturae, non Medicorum, sed Medicastorum nomen merentur, quorum nimis leuia argumenta refutare nec officii mei esse censeo, nec ad palatum mihi est. Si euoluerent scripta fide dignissimorum Auctorum, viderent sane, omnes in duas partes vniuersum officium Medici castrensis dividere, nempe in curam circa aëris & alimentorum constitutionem. Sed si, forte nimis pertinaces, hosce consulere nolint, confugiant ad ipsam experientiam, qua edocemur, saepe exercitum

tum maiori a Morbona, quam ab ipso Marte affici clade. Quibus recte pensatis, haud incongruum esse putauit, *de Militum valetudine ab aëris iniuriis tuenda cogitata* quaedam speciminis loco exhibere, publicaeque eruditorum censurae submittere. Faxit supremum Numen, ut omnia feliciter cedant!

## §. II.

*Natura aëris.*

Ne quis statim circa frontem Dissertationis haereat, consultum duco, definitionem praemittere. Aër a Physis definitur, quod sit fluidum inuisibile, palpabile, pellucidum, graue atque elasticum, omnia loca in globo nostro terraquo implens. De fluiditate aëris nemo dubitat, sola enim quaquaversus pressio fluidum esse probat; inuisibilem vero esse, qui quis facile largitur, cum oculorum aciem plane fugiat; palpabilem esse, ex resistentia, pellucidum vero, ex radiorum per interstitia transitu concludere licet; reductio autem in minus spatiū cum pressione, grauem atque elasticum esse probant. Lubens fateor, mihi deesse vires ad condendam realem definitionem, ob ultimas latentes caussas; nominalem itaque suppeditauimus. An vero in aëre virtutes quaedam occultae sint? perspicacioribus indagandum relinquo, conferri tamē dē eo meretur celeberr.

BOERHAAVE in Chymia sua.

## §. III.

*Aëris qualitates.*

Data §. II. aëris definitio probat, id de aëre in se spectato puro diētum fuisse, sine quo vita sustentari nequit.

quit. Verum enim vero numquam solo hoc aëre fruimur, sed mixto. Solitudinis impatientissimus aliarum heterogenearum particularum connubium haud spernit, ita ut Chaos vniuersale sit, in quo omnis fere generis corpuscula, simul confusa, constituant aggregatum diuersissimis constans materiis (BOERHAAVE Chym. Tom. I.). Et ex hoc dimetienda veniunt, diuerissima aëris indoles, diuersissimae qualitates, diuersissimi effetti. Diuersitas haec aëris repetenda est a diuersa commixtione particularum eundem constituentium. Huc accedit, quod aër atmosphaericus variis effluuiis repletus & inquinatus sit. Eiusmodi effluvia admodum copiosa, & indole perquam varia sunt, vt sulphurea, fulmosa, fuliginosa, foetentia, paludososa, putredinosa, & mineralibus exhalantia, &c. Ast non solum ratione contentorum aër differt, sed & ratione caloris, frigoris, humiditatis, &c. Patet itaque, qualitates aëris, sanitati hominum infidias struentes, non pendere ab aëre in se spectato, sed ex natura admixtorum, vnde etiam illae exinde explicari debent.

§. IV.

*Aëris inquinatio quomodo praecavenda.*

Quid in arte medica habemus, ab experientia accepimus. Recte itaque haec nobis in praesentis argumenti qualicunque expositione consulenda erit. Notissima habemus exempla, quod ex stagnantibus & putrescentibus aquis, ex cadaveribus hominum vel iumentorum non inhumatis, vapores putridi in aërem exhalauerint, dirasque populorum strages concitauerint.

B

Vid.

Vid. RAMAZZINI *de Morbis artificum* Cap. XVII. pag. 541. Simili ratione quoque stercore & excrementa hominum & animalium in castris dispersa, teste eodem Auctore, aërem effluuii suis inquinarunt & ad excitandos morbos malignos aptum reddiderunt. Quum iraque non semper possibile sit, vt milites a paludosis locis remota ponant castra, haec vero illorum sanitati grauissimam inferre valeant noxam; merito hinc opera danda est, vt 1) corpora occisa, priusquam tabo diffusere incipient, in profundis foveis sepeliantur, quod etiam de excrementis animalium valet. 2) Tentoria paullo longius ab inuicem sint separata, ne nimium accumulentur noxii in aëre haerentes vapores, sed hi potius liberiori eius motu & transitu dissipentur (*B O E R HAAVE Element. Chym.* Tom. I. pag. 419.). 3) Deferrantur aegroti in nosocomia ampla, non admodum demissa, &, quantum possibile fuerit, a sanis remoueantur. Ne etiam aedificia, in quibus aegri detinentur, impuris exhalationibus nimium impleantur, alii que sani ad morbos disponantur per inquinamenta aëris, quod facile accider, si illa nimis angusta fuerint, numerus vero aegrotantium magnus: necesse omnino erit, vt ampliora pro hoc scopo feligantur, monente PRINGLIO Part. I. Cap. VII. pag. 61. Quum etiam porro impuros aëris vapores ignis flamma dissipare queat, hinc 4) accendantur in castris saepius magni ignes; quodsi autem lignorum defectus id non permittat, tunc ad aërem corrigendum etiam conferunt tormentorum explosiones, quae saepe repeti debent. Variis proinde dari remedia, quibus aër impurus emendari potest, satis abunde inter omnes constat, veluti sunt herba

*de Militum valetudine ab aëris iniuriis defendenda.* II

herba Nicotiana seu fumus Tabaci, itemque aromata & gummata resinosâ, fragrantiorē odore sub forma suffimigiorum dispergentia, nempe Mastix, Thus, Succinum, Camphora, Benzoe, &c. hinc 5) adsuetis concedatur fumus Tabaci, non adsuetis vero commendentur suffimigia. 6) Adspergantur tentoria & habitacula militum Aceto, vel accensi Sulphuris fumo. Quoniam enim miasmata maligna, in putrido & corrupto aëre genita & coalita, communiter indolis alcalinae & volatilis sunt, prout hoc etiam exhalationes aegrotantium, febribus malignis exanthematicis decumbentium, confirmant, quae, si cum exhalationibus acidi cuiusdam volatilis, ad illorum corpora transpirantia quam proxime admoti, in aëre se se coniungunt, ex confictu cum tali acido oborto fumum aliquem excitant (vid. Illustr. PRAESIDIS Dissert. de Collunie verminosa quatenus cacochymiae causa, §. XXVII.). facile hinc patet, quod etiam acidi vapores, quomodounque per aërem putridum & corruptum dispersi, indolem eius in malignitatem vergentem aliquo modo corriger possint, prout etiam pluribus docent, Steph. HARESIVS & SCHAAERSCHMIDIUS de Morb. castris. Tom. I. Cap. I. §. 61. pag. 119.

§. V.

*Aëris nimis calidi voxna quomodo auertenda.*

Quemadmodum ex aëre vitiato, ita quoque ex eiusdem intemperie corpus ad morbos disponitur. Quoniam vero aër nimis calidus humores ad vchementiorem orgasmum disponit, plurimaque mala concitat;

B 2

hinc

hinc sequentia erunt obseruanda : 1) Ne milites vestimentis grauibus aut nimium angustis sint induti. Multa sane occurunt exempla, quibus edocemur, eos, qui ferreis onusti fuere vestimentis siue cataphractis, morte extintos fuisse, ceteris, leuioribus indutis, saluis manentibus. *STYMPHIUS* Lib. VII. Cap. XXXV. *de Prael.* Nam quo grauior, aëre admodum feruido existente, est vestitus, eo magis transpiratio libera impeditur ; hac impedita orgasimus sanguinis succedit indeque innumeri morbi oboruntur. Pari modo comparatum est cum strictiori nimiumque angusto vestitu, sub quo, postquam humores a nimio calore exagitati fuerant, vasā ultra ordinarium diametrum dilatantur; aut si ab eiusmodi stricto vestitu magis compressa fuerint, sanguinis motus progressiuus impeditur, hinc Vertigines, Apoplexia, sensuum hebetudo, Liporrhymia &c. Confer. *Dissertat. Illustr. PRAESIDIS, de Morbis ex varia vestimentorum conditione oriundis.* 2) Iter si ingrediendum est, de nocte suscipiant & horis matutinis, interdiu vero ab eodem, si fieri possit, abstineant. Iter nocturnum sanitati longe magis conuenit, dum flagrantissimi euitantur ardores Solis ; humores, interdiu sub aestu exagitati, a frigore matutino condensantur, vasā nimis expansa constringuntur, adeoque, sanguine aliquantulum refrigerato, fibrisque firmioribus redditis, corpus ad aestum perferendum magis idoneum redditur. Confer. *VEGETIVS* Lib. III. Cap. II. vbi dicit, his opus esse cautelis, ne miles tardius egressus Solis calore & fatigacione contrahat morbum. 3) Ut corpora, ex nimio Solis ardore admodum exaestuantia, a subitanca refrigeratione, aut in aquam frigi-

*de Militum valetudine ab aëris iniuriis defendenda.* 13

frigidam immersione arceantur. Ex eiusmodi neglectis regulis insigne omnino sanitas capit detrimentum. Veritatem huius asserti suo exemplo confirmauit Alexander Magnus, qui, postquam sudore perfusus, deposita veste, in amnem frigidissimum, lauandi gratia, descendisset, subito horrore ac frigore in toto corpore perfundebatur, aliisque accendentibus grauibus symptomatibus in summum incidit vitæ periculum. Ipse celeberr. BOERHAAVE in *Element. Chem.* dicit: *Nulla fere re sanissima corpora magis saeuissimis morbis & ipsi morti redundunt obnoxia, quam ea, quae, sudore perfusa, vento frigido se exponunt, & deinde quiescunt; talia corpora morbis grauissimis obnoxia redundunt, ut peripneumoniae, anginae, pleuritidi &c.* 4) Ne potulentorum frigido-gelidorum nimii ingurgitentur haustus. Res intolerabilis sitis est, praesertim aestate; vbi vero eandem tollere necessum fuerit, bene prospiciatur, vt ab initio sorbillando singulis vicibus pauxillum capiatur, alias enim, iuxta CELSI testimonium, frigida poro fitientibus est pernitiosissima, quod etiam calu illo fatali confirmatur, quem C V R T I V S Cap. IV. de militibus refert, qui intertemperantius aquam frigidam hauserunt, spirituque intercluso tanta copia enecati fuerunt, vt numerus eorum excesserit numerum praelio occisorum.

§. VI.

*Aëris frigidī damna quomodo praecauenda.*

Aëris frigidus superficiem corporis externam coarctat, vasculorum ora occludit, perspirabile Sanctiorum

num exitii arcet, sanguinem ex ambitu corporis centrum versus retro vrget, humores ipsos condensat, unde obstrunctiones, inflammations, tuffes, coryza, catarrhi &c. oboriuntur. Ad euitanda haec mala, sequentia obseruari & in auxilium vocari possunt: 1) Induantur vestimenta mollia & densiora. Duplici ex ratione talis vestitus commendari meretur, partim quia mollis minus admittit frigidum aërem, partim etiam densior naturalem calorem magis retinet & auger, docente celeberr. sc h v l z i o, in Disputatione de *Vestitus ratione ad valetudinem.* 2) Lignorum sufficiens copia, quantum fieri poterit, in promtu sit. Frequens enim docuit experientia, sub defectu lignorum milites coactos fuisse carbonibus sua calefacere cubicula, saepiusque nocte illorum vaporibus extintos fuisse, B R V: H I E R O imprimis teste. 3) Motus frequentior & auctior diurnis maxime temporibus suscipiatur, ex quo insignis vtique in corpora militum redundat vitalitas. Augetur enim eius ope humorum circuitus, hoc aucto impediuntur stagnationes & coagulationes illorum, auctoque simul calore interno, infringitur frigoris externi actio. 4) Caveatur ne milites in aëre frigido somnum capiant. Complura mihi ipsi occurserunt, tam in Polonia, quam in Russia, nimium quantum Baccho litantium exempla, qui in via prostrati somnumque capientes, aliquot horis elapsis, non solum partes quasdam corporis, frigore tactas & emortuas redditas, amiserunt, sed ipsa etiam vita priuati fuerunt. 5) Vacuo ventriculo frigori ne se exponant. Cuique ieiuno homini magis, quam ei, qui cibo aut potu calido stomachum impleuit, frigus nocet. Fieri ergo aliter

M. 186

aliter non potest, quin miles, ieuno stomacho frigori se exponens, grauiora exinde incomoda sentiat. Adsumtis autem qualibuscumque vel alimentis, vel potulentis calidis, ipse non solum internus calor, sed & cum eo vires corporis conseruantur, humorum progressivus motus sustentatur, atque se- & excretionum debitus successus promouetur. Hinc etiam illustris b. m. **H O F F M A N N V S**, in *Dissertat. de Morbis praecaudidis*, suadet, vt, si nihil aliud ad manus sit, saltem in dimidia aquae mensura frustulum panis totti, aut baccharum Juniperi leuiter tostarum num. XX. vel XXX. ebullitione quadantenus extrahantur, taleque Infusum calidum matutinis horis sorbillando adsumatur. De reliquo autem communis ille, vt vt pessimus mos, vini adusti largiori visu calorem internum conseruandi & frigoris effectus auertendi, quam maxime uitandus fuendiisque est, dum quotidiana abunde satis monstrat experientia, quod ex abusu huius potulent, humores magis condensantis & inspissantis, viscerum plerumque obstrunctiones grauissimique, tam chronici, quam acuti morbi, suam ducant originem.

§. VII.

*Aëris humidii effectus noxi quomodo euitandi.*

Ex physicis patet, aërem humidum tonum relaxare, fibrarumque vim elasticam minuere; hinc fortes excrementitiae in sanguine totoque corpore restitant, vniuersum se- & excretionum negotium languet, statuisse tandem cachecticus & cacoehymicus inducitur. Si praeterea calido-humidus fuerit, tunc cita putrefactione

factione nocet; si frigido – humidus est, serosa colluies insequitur. Cum vero innumera ex hac sanguinis depravatione oriuntur mala, ad eadem profliganda sequentia obseruari merentur: 1) Ignis fiat accensio in tentoriis, vbi milites degunt. Aër nempe humidus stagnans, per ignem commotus, quaquauersus dispellitur, corrigitur, & magna eius corruptionis pars consumitur. Conf. Differat. illustr. b. m. HOFFMANNI, de *Militum valetudine in castris tuenda*. 2) Concedatur herbae Nicotianae usus. A multis Medicis Tabaci fumus commendatur, & id quidem non sine ratione factum est; fumus enim Tabaci, ob particulas sulphureas & salinas stimulo est glandulis salivalibus, & sub inspiratione per os transienti miasmati viam ad ventriculum praeccludit, illaque cum saliva remixtum citius extra corpus proscriptit, insuper vero etiam, ob particulas illas aciores cum massa sanguinea dein remixtas, stimulando glandulas, secretiones & excretiones promovet, corpusque sic a collecta impuritate serosa leuat. 3) Fiant suffumigia in tentoriis cum accensi sulphuris fumo, aut vaporibus acetii. Dictum fuit (§. IV.), quanta utilitas ex accenso sulphure atque vaporibus acetii in corpus humanum redundet, unde superuacaneum foret, ea hic repetere. 4) Vesperi ac noctu occludantur tentoria, ne aëri humido, variis particulis heterogeneis referto, dissipata caligine noctis, oriente Sole, eiusque radiis se se dispergentibus, pateat accessus ad illa loca, vbi milites degunt. Conferri huc merentur quae BOERHAAVIS in *Element. Chym.* de rore aëreo notauit. 5) Stramenta, quibus milites incumbunt, siccá seruentur; nimis enim humida,

da, aut in putridam corruptionem iam vergentia, dum per poros & minima vaseula cutis absorbentia ad massam humorum penetrant, eandem admodum inquinare, siveque complurium grauiorum morborum fundamenta ibi ponere possunt.

§. VIII.

**M V T I K A T**

*Conclusio.*

Tandem etiam adhuc pauca quaedam de noxiis ab aëre nimis graui & leui tam metuendis, quam auertendis, subiungenda supersunt. Aër nimium grauius, pondere suo aucto corpori incumbit, illius superficiem premit, canales comprimit & fluida in illis repellit, motumque illorum retardat. Si autem nimia leuitate peccat, tunc solidorum vis motrix aëris iusto leuioris pondus superat, &c., aequilibrio inter aërem internum & externum sublato, in nimiam expansionem ruit, siunque tunc vasorum ruptiones, humorum in loca incongrua deriuations, stagnationes aut extravasationes. Quales autem exinde morbi enire possint, & quomodo ab iisdem corpus praeservari possit, Medicus rationalis, cuius curae traditi sunt milites, facile perspicet. Plura quidem adhuc sunt, quae respectu aliarum diuersarum aëris constitutionum medicam disquisitionem merentur, quae vero, dum temporis & indigentiae meae ratio habenda est, inuitus omittere cogor, vnde, finem huic tractationi impositurus, pauca saltem de aëris salubrissimis & sanitati tuendae commodissimus


C

iudi-

239

judicatur, purus, serenus, heterogeneorum & aduentiorum hactenus recensitorum admistu non adeo adulteratus, temperate gratis, siccus, calidus, vento silens, vel leniter agitatus, reciprocantibus, praesertim subitaneis, murationibus vacuis, apicus, campestris, montanus.

## T A N T U M.



PRAE-

PRAENOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

IO. PETR. EBERHARD

FAC. MED. H. T. DECANVS.

*R*ogasti, ut publicum TIBI exhiberem diligentiae testimonium.  
*N*eque bac in re deesse TIBI volui. *L*icet enim erudita TVA Disseratio satis superque demonstraret, TE non inutiliter transegisse tempus vitae TVAE academicae, neque adeo alia egeas eruditio-  
 nis declaratione; volui tamen TE tam in patriam redeuntem dimittere, absque aliqua amoris erga TE mei significacione.  
*D*iligentissimum TE habui in scholis meis mathematicis, physi-  
 cisis, physiologicis & pathologicis auditorem. *E*andem quo-  
 que diligentiam demonstrasti in Praelectionibus reliquorum ce-  
 leberrimorum Virorum, qui banc ornant Academiam. *H*a-  
 beo itaque quod & nobis gratuler & TIBI. *N*obis de eruditio-  
 discipulo, TIBI de acquisitis profectibus & mox adipiscendis  
 honoribus Doctoralibus. *V*ale DOCTISSIME CANDIDATE, &  
 res TVAS age feliciter! *D*ab. in Reg. Frid. d. VIII. Octobr.  
 et. a. MDCCLXVI.

NOT.

nobilissimo atque p̄aeclare docto  
ot domino candidato  
prokōpio kollossowskyi

S. P. D.

petrus milleradowics, m. c.


*Vt has publice ad te darem litteras & consuetudo & meus in te postulauit amor. Sed quid agam, quidue denique tibi scribam certe ignoro; nam ut nec adulatoriis, ita nec ostentatoris conor manus, & ab altera parte amicitia in laudes tuas quam amplissime excurrere me iubet; sed quid veritati conueniens est dicere mibi licebit de amici praestantia. Nulli in comparanda artis medicac solidissima eruditione pepercisti labore, nulli sudori; quis enim diligentiam tuam melius nosse potest ac ego? qui non solum longos tecum consumsi soles, verum etiam, praeter domesticam consuetudinem, morum quoque cognatio & par eadem descendit studium, nos, quasi eodem siderem natos, iunxerat arctius. Quare laurea, qua tui laudabiliter peracti labores academici nunc decorantur, omnino minus nunc mibi splendescere videretur, nisi propria virtute comparata. Cum vero tui semper flagrariam amore, eodem motus hinc litteris tibi de maiori, quod adscensurus es, horis fastigio, congratulandum duxi. Persuasum tibi ergo sit, nihil magis mibi curae cordique esse quam tuam incolumitatem; & quo maior erit laus virtutum tuarum, eo maiorem ex glorias tuae incrementis voluptatem me percepturum, confidas.*

*Vale! Dabam Halae, die VIII. Octobris,*

*Anno MDCCLXVI.*







01 A 6528

ULB Halle  
002 928 698



3



B.I.G.

Black

8

19

18

17

16

15

14

13

12

11

10

9

8

7

6

5

4

3

2

1

0

Farbkarte #13

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368